De quatuor in quibus incipientes deo ſeruire debent eſſe cauti ſi pficere volunt .

Quatuor autē ſunt in quibus noui et incipiētes cauti debēt eſſe ſi volunt pficere. Primū vt ab illa voluntate qua ad religionē venerunt. et a pmo nouiciat9 feruore non tepeſcant. ſicut cuidam in Apocalipſi imperatur. Habeo aduerſū te. q caritatē primā reliquiſti. qua pter penitenciam age. et prima opera fac. Caritatē primā relinquūt. qui cū primo ſint feruentes et deuoti ad omnia poſtea tepidi effecti et deſides. tradūt ſe leuitatib9. et vicia que expugnare venerant. pmittunt ſibi dominari. ſeruientes deo p ſuo libitu. nō p eius beneplacito voluntatis. Vnde dñs filijs iſrahel pcepit Mementote diei huius in qua egreſſi eſtis de egipto. Dies q̃

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de egipto egredimur. eſt bona volun
tas qua educimur de ſeculo hui⁹ ſemp
meminiſſe debem⁹ .vt a feruore illius
nunq̄ retrocedam⁹ . Vnde quidaȝ vo
lens religionē ingredi de ſeculo . queſi
uit de quodaȝ ſancto patre . quō viuē
deberet . At ille dixit ei . Vide qualis
primo die fueris . et ſic ſemper viue .
Hoc eſt conſidera ſtatum voluntatis
tue in p̄ma die qua religionē intrare
diſpoſuiſti . quā humilis tunc fueris .
q̄ paratus tunc obedire ad omnia tā
aſpera q̄ deſpecta . q̄ paciens ad cor
repcōes et penurias et labores . q̄ ve
recūdus et timoratus . q̄ ſollicitus vt
emēdares vitam tuam . et dies quos
in ſeculo pdidiſti recuperares . q̄ pa
rum curans rumores ſeculi querē vel
referre . nec detractionibus intentus .
nec aliq̄bus curioſitatibus occupat⁹ .
et quō fugiſti et abieciſti omēs carna

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

les affectus et effectus · et te totũ ob
tuliſti dño holocauſtũ viuũ · vt nihil
deīceps in te viuat de vita peccati ·
ſed tota mactetur et immoletur dño ·
obediēcie ferro p ſacdotis miniſteriũ
id ē prelati tui · vt xp̄o in te innouato
reſurgas . Scd̄m hanc formā ſemp p⁹
modũ ſtude viuē · ne alit̄ in ſcola reli
gionis dediſcē et retrocedē magis q̄
pficere videaris . Sicut illi qui vadũt
ad ſtudiũ litteraꝝ · et tēpus vane cō
ſumētes redeũt domũ · expenſas ſolũ
cōputant ↄſumptas · qꝛ q̄d pfecerint
nō apparet · ſic et nos qn̄ tēpus in reli
gione expenſũ cōputamus · et pfcūs
v̄tutũ exiguus ē · cũ forte innouiciatu
deuociores et feruenciores fuerimus q̄
poſt plures annos · Hoc em̄ eſt verecũ
dum et valde nociuũ · Ad heb · v · Cũ
debētis magiſtri eſſe virtutũ pter tē
pus quo diu i religione fuiſtis · curſũ

indigetis vt vos doceamini que ſunt elementa exordij ſermonū dei · id eſt neceſſe habetis doceri ſicut rudes nouicij quomō incipiēdum eſſet ſeruire deo · et facti eſtis qui lacte opus habetis non ſolido cibo · id ē tales eſtis qui mollibus blandimentis puerilium conſolationū et carnaliū foueri indigeatis · et fortia exercitia virtutū pati nō valeatis in duris reprehenſionibus et contumelijs in neceſſitatib9 in pſecucōib9 pro chriſto · Omnis enī qui lactis eſt pticeps · expars eſt ſermonis iuſticie · Paruulus enī eſt tā meritis ꝙ virtute // Scdm eſt · a quo incipiens debz eſſe cautus · ne moueatur malis exemplis tepidoꝝ ad imitandū ea · ſicut quidaz infirmi ſpiritu videntes alios apud ſe deſides in ſeruicio dei · ocioſos et verboſos · elatos et rebelles · ambicioſos et alijs modis vicioſos · dicunt apud

ſemetipſos. Si alijs hoc licet quare nō et michi? Et priores ad malū. exemplum ſumunt ab hijs quos deteriores vident. et gaudent ſe ſocios inueniſſe viciorum ne ſoli poſſint erubeſcere. quia ſi patitur alijs. volunt et ſibi in ſimilibus parci. Contra hoc deuotus dei ſeruus apud ſe reſpondere debet. Ego veni pure pro deo. nō pro aliquo alio. et ideo nolo aliquem ſequi ad hoc vt a deo retrocedam. quia ſi tantos hic diſcolos ſciuiſſem. nunquam eorum ſocietatē elegiſſem Vnde ſolos illos imitari debeo. qui ad hoc informant me. propter quod religionē intraui. id est vt apprehendam deum. et ſatiſfaciā ei de peccatis meis. et promerear gloriā ſempiternā. Victor et artifex nobile opus volens facere. querit nō alia quā meliora exemplaria quam poteſt habere. Et viator non querit viā ab ignorantibus ſed a ſcientibus eam

et qui ſepe ambulauerunt per eam.
Johānes. Noli imitari malum ſꝫ bonū
// Terciū eſt ꝙ cauere debet ne iudi
cet temere facta aliorū. maxime vbi
neſcit q̄ de cauſa vel intencōne fiant.
Sicut eñ non videmꝰ alioꝝ cogitacō
nes. ita nec intencōes eoꝝ quare hoc
vel hoc fiat. Vnde quicq̄d aliquo mō
p̄t excuſari ſemꝑ ad meliorē ꝑtem int̄
ꝑtemur. ſi volumꝰ tranquillū cor no
biſcū habē et cū alijs. et alios nō tur
bare. et deū non offendē. qꝛ ſepe iudi
camus malū eſſe qđ in ſe nō eſt malū.
et peccamus ꝑ temeritatē vſurpādo
nobis iudicia dei de occultis cordium.
Magiſtri noſtri vice dei aliquando id
poſſunt iudicare ꝑ cōiecturas circum
ſtantes. alios nō expedit per nos eſſe
iudicādos. donec plene eruditi in om
nibus ꝑ donū diſcrecōnis ſpirituū.
et vere ſp̄uales effecti. omnia diiudi

cemus · et nos a nemine iudicemur · ſi
cut clare videns qui cecū videt nec tñ
a ceco videtur · cum cecus non videat
ſeipm̄ · Ad Romanos · xiiij · Tu q̄s es
q̄ iudicas alienū ſeruū · Suo dño ſtat
aut cadit Sepe em̄ merent̄ temerarij
iudices alioꝝ · vt aut in ſimilibus aut
grauioribus exceſſibus cadē ꝑmittan
tur · vt diſcant ex ſua infirmitate com
pati aliene · Luce · vi · Nolite iudicare
vt nō iudicemini In quo em̄ iudicio iu
dicaueritis iudicabimini · ¶ Quartū
in quo cauti eſſe debent nouicij eſt ·
vt non frangant̄ aduerſitate vel tēp
tacione · ſed cogitent quia ad hoc ve
nerunt · vt omnia que eis in hac vita
poſſint accidere ſuſtineant ꝓpter deū ·
ſicut q̄ intrat bellum · ſcit ꝙ non quie
tem et delicias · ſ; laborem et vulnera
oportet eum exſpectare · Actuū · xiiij ·

Oportet nos p multas tribulationes intrare in regnum dei · Luce vltimo · Oportet chriſtum pati · et ita intrare in gloriam ſuam ·

Laus deo ·

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vbrevrken

n gebrevrken

Restaur. 1963, Okt.
Petersen

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf